

& docebat · Et mirabantur iudei dicentes · Quomodo
hic litteras scit · cum n̄ didicerit · R̄espondit eis ih̄c · et
dixit · Mea doctrina non ē mea · sed eius qui misit me ·
Si quis voluerit voluntatem eius facere · cognoscet de
doctrina utrum ex d̄o sit · an ego a me ipso loquar ·
Qui a semet ipso loquitur · gl̄am propriam quaerit · Qui
aut̄ quaerit gl̄am eius qui misit illum · hic verax ē · & inius
titia in illo non est · Nonne moyses dedit vob̄ legem · & t
nemo ex vobis facit legem · Quid me quaeritis interficere ·
Respondit turba · et dixit · Demonium habes · quis te
quaerit interficere · R̄espondit ih̄c · et dixit eis · Unū opus
feci · et omnes miramini · Propterea moyses dedit vob̄
circumcisionē · n̄ quia ex moyse ē · sed ex patribus · et in
sabbato circumcidit is hominē · Si circumcisionē accepit
homo in sabbato · ut n̄ soluatur lex moysi · mihi indig
namini quia totum hominē sanum feci in sabbato · N̄o
lite iudicare secd̄m faciem · sed iustum iudicium iudicate ·
Dicebant ergo quidam ex hierosolymis · Nonne hic est
quē quaerunt interficere · Ecce palam loquitur · et nihil
ei dicunt · Numquid vere cognouerunt principes quia
hic ē x̄p̄c · S̄ed hunc scimus unde sit · x̄p̄c aut̄ cū vene
rit · nemo scit · unde sit · Clamabat ergo ih̄c docens in
templo · & dicens · Et me scitis · & unde sim scitis · et a me
ipso n̄ veni · sed est verus qui misit me · quē vos nescitis ·
Ego scio eū · quia ab ipso sum · et ipse me misit · Quaerebant
ergo eum appr̄hendere · & nemo misit in illum manus ·

25 v

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod1140/0056